

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Reden und Arbeiten der Societas Latina - Cod. Karlsruhe 3420, 1-4**

Orationes in Marchio-Badensis Societate Latina ab ordinariis h. soc.  
solidalibus habitare - Cod. Karlsruhe 3420,2

**Hebel, Johann Peter**

**[Karlsruhe], 1772-1776**

[Wallbrunn, Ludwig Carl Wilhelm Gustav von]: Bellum tricennale in  
societate Lat. Bad., 1 Feb 1783

[urn:nbn:de:bsz:31-99834](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-99834)

Bellum tricennale

in societate lat. Bad.

Descripsit Ludovicus a Wallbrunn.

Soc. Ord.

D. 1 Feb.

MDCCLXXXIII.

378 V. I 02



Si quid modo, studiosos, bellum istud arte  
 memoria dignissimum est, quod a duratione tri-  
 cenale vulgo vocatur: tam atrox, tam cruentum,  
 tamque grave, ut vix ullum aliud historiarum no-  
 numentis proditum sit, illius simile: quantum  
 enim adeo diuturno bello humani sanguinis  
 profusum est! Quot vastationibus patuit Germa-  
 nia nostra! quam innumeris caedibus commacu-  
 lata est! quid cladum, calamitatum, miseriarum  
 tulit patria nostra! In hoc luctu atque dolore  
 quo animum cuiuslibet civis commoveri oppor-  
 tet, quoties haec tristia tempora reminiscitur,  
 illud tamen germano nomini, non sine volupta-  
 tis sensu contigisse animadvertimus, ut ex nostra  
 gente, tot essent Heroes, qui summa virtute et  
 constantia, religionem et republicae decus tue-  
 rentur.

Hoc vel maxime impulit, ut eius belli historiam  
 qua fieri potest brevitate, tractaturus, praecipua  
 saltem illius momenta enarrare, et quae illuc

spectant paucis attingere in animum inducenda.  
 Primum infancti belli originem demonstrabo: deus,  
 quae per omnem illius cursum potiora eveniunt  
 triplici eaque consueta temporum descriptione, qualem  
 periculis vocant, complectar; ducto nomine ab eis  
 sex gentibus, penis quas tum summa rerum erat.  
 Palatina nempe Danica et Suevica.  
 Initium igitur tale fuit. Confirmatum erat Bohemis  
 litterarum publicarum fide (litteras majestatis ve-  
 cant) ut templa quoque nova exstruere liceret. Ubi  
 bantur eo iure nicolae Evangelici ditionis Brauna  
 vicinis atque templum aedificare coeperunt. Hoc de-  
 plicuit abbati, qui apud Mathiam imperatorem gra-  
 viter de hoc facto querebatur. Imperator Brauna  
 vicenses ad causam ducendam evocavit, interim vero aude-  
 ficationem inhibuit, donec lis diremta foret. Illi au-  
 tem ne respondere quidem dignati, religionis suae defen-  
 soribus rem aperiunt, et quoniam si favere coepisset vi-  
 debantur, multo vehementius operi incumbunt. In-  
 terca Mathias qui prole carebat, de regni successio-  
 re cogitare coepit, Ferdinandum Austriae archi-

Ducem regni heredem legitimum que successorem de-  
 signavit. repetitis tum querelis a Braunavienſi  
 imperator ei potestatem fecit, subditos immori-  
 geros coercendi. Quo circa id nobilissimos civium  
 in carcerem conjeci, templumque dirui iussit.  
 Quo facto magis exacerbati sunt animi. Jamque  
 magna seditio exarsit. Conglobata multitudo du-  
 cem sibi Thuronium comitem praefecit. Primum  
 ad regiam se conferentes, cur Ferdinandum detrec-  
 tarant exposuerunt. Accepto dein acerbiori  
 response, consiliarios regios e fenestris dejiciunt. Er-  
 gastula solvunt, captivos dimittunt; et quamquam  
 saepissime ut resipiscerent ab imperatore admoniti, eodem  
 Thuronio ducem ad arma prolabantur. Insurgentae  
 e regno expulsi. Et Oileſia sex millia militum  
 eis auxilio mittuntur. Ernestus Mansfeldii co-  
 mes cum duobus millibus militum ipsis adjun-  
 gitur. Contra imperator exercitum in rebelles  
 parat. Dampierum et Bucocjum duces ei  
 praeposit. Inter haec vero ipse mortuus est.

Ferdinandus Secundus nunc electus a Bohemis  
 perniciter detestabatur, promissis licet ab illo  
 multis privilegiis libertatibusque. Igitur Fride-  
 rico electori palatino, Supremo unionis praefecto, ge-  
 nereque Aegliae regis regiam dignitatem offeren-  
 bant, quam etiam hic succedente uxore, quamquam  
 socio, aliisque principibus dehortantibus accepit.  
 Prae deini rex coronatus est. Initia Bohemis sa-  
 tis prospera fuerunt. Peragae oppida aut per violen-  
 tiam expugnata, aut ultro tradita. Majora tunc Auf-  
 triae totius imperii sedem obsidebant. At mox  
 mutata est fortuna. Spinola magno cum exerci-  
 tu his panico Palatinatum invasit. Maxi-  
 milianus Bavarus per Austria cum magna  
 armatorum manu Bohemiam ingressus. Elector  
 Saxonicus in Lusatiam irrupit, Buccovius Man-  
 feldium repulit. Bavarus deinde cum Duce  
 suo suas, atque cum Episcopi Bambergensis co-  
 pias conjunxit. Omnis vis in Pragam conversa  
 est. Hoc festinus Christianus princeps Anhaltinus  
 mira statim velocitate occupatis visis praeve-  
 nit Austriacos. Tandem ad innotentem illum

proelium commissum est. Principio novem millia  
 Hungarorum strusa, et ab insequentibus deleta.  
 Hanc Hungarorum stragem, ruina reliquarum cohor-  
 tum comitata est. Strahaltinus ferocius se adhuc  
 cum copiis suis tuebatur, at tamen et ipse ad ex-  
 tremum cedere coactus. Infelicissimae rei nuntio  
 Pragae, ubi tum saecubat, deliciis ex more devotus  
 accepto, percussus metu, trepidans ac praecipuus  
 Vratislaviam fugit, cum uxore, fratre liberis et  
 cognatis. In Hollandia aliquamdiu versatus, per  
 Galliam in Palatinatum reversus est. Ille inte-  
 rum cum sociis suis aliisque principibus, qui suis  
 partibus fauebant proferiebatur; dignitas elec-  
 toralis cum parte terrarum in Maximilianum Pa-  
 varum collata. Bohemi nunc multis iisque gra-  
 vissimis poenis castigabantur. Imperator ut victor  
 et armorum vi ad obsequium redactos omnibus pri-  
 vilegiis libertatibusque eos privavit. Fridericus  
 etiam nunc a quibusdam principibus prote-  
 gebatur. Mansfeldius exercitu denuo conscripto  
 subvenit, in Palatinatum superiorem in-



descendit, ut aut quae restarent defenderet,  
 aut perditas recuperaret. Agmen ad octodecim  
 millium numerum creverat. Expugnatis passim  
 oppidis interim victor Mansfeldus apud We-  
 lochum, praesente ibidem Frederico palatino,  
 exercitum Tyllianum iam triumphantem graviter  
 afflixit, sed haec Tylli clades mox est vin-  
 dicata. Marchio enim Bada, — Durlacensis, fide-  
 lissimus amicus Frederici, viribus suis nimium  
 petus apud Minspenam a Tyllio plane victus  
 est. Fredericus iam regno, electoratu, auxiliis  
 copiisque destituebatur. Nec tamen, sic quidem  
 amici ceerant. Sed quia spem animo consererat  
 Angliae et Damiae regum se interventu in gratiam  
 Caesaris se reverturum, nec in armis perseverando paci  
 impedimento esse videretur, Mansfeldum, Criffia-  
 nunque Brunswicensem, praecipuos causae suae  
 adiutores exauctoravit, et sic omnia hostibus pot-  
 fecit. Christiani porro exercitus triginta millium  
 ad Hadleham a Tyllio caesus est. Ea tempestate  
 miserabilis ac deploranda Germaniae facies.

Tota caedibus et funeribus obruta, rapinis et  
 praedationibus exhausta: Urgebat summa argenti pe-  
 nuria, annonae raritas. Felicissimae alias regio-  
 nes vacuefactae. Turbarum seditionumque omnia  
 plena. Nullo legum praesidio cuncta per vim age-  
 bantur. Nichil usquam a grassatoribus tutum in-  
 tactumve. Militaris furor, injuria, damna, licen-  
 tia scelus usquequaque dominabantur, Reliquos  
 lamenta, fletus, terror ac trepidatio inciperat.  
 Civilium negotiorum altus sopor. Inculti agri,  
 languentia studia. Triste omnium bonarum artium  
 silentium. Nulla morum verecundia; nulla religio-  
 nis sanctitas, nulla humani iuris reverentia.  
 Nec tum scire, quis malorum esset futurus, vaci-  
 tionumque aut modum aut finis. Haque aucto in die  
 et latius grassante periculo, Saxoniae inferioris ordi-  
 nes, exemplo Westphalici Circuli porterriti, mili-  
 tum conscribunt, et Christianum IV Daniae regem  
 exercitui praeficiunt, ne quid respublica damni pa-  
 teretur. Interea etiam Christianus Brunsvicensis  
 comesque Mansfeldius, per Angliam, Hollandiam

et Galliam militibus confcriptis, tantis copiis regem da-  
 nicum instruere, ut exercitus eius sexaginta armato-  
 rum millibus constaret. In tria agmina dividebatur. Quo-  
 rum unum Christianus Brunsvicensis, alterum et Hansfeldi-  
 us, tertium rex ipse ducebat. Alex Christianus post  
 aliquot improspere praedia Domi (concepto est creidus  
 veneno) mortuus est. Comes Mansfeldius a Tyllis  
 repulsus diem supremum obiit. Rex ipse fere ubique re-  
 male gesta, adexteram, ad interuicemem asque a Tyllis  
 est caesus. Post hanc cladem omnia ab hostibus occupata,  
 Hollatia illis cecit, maxima pars circuli inferioris  
 in potestatem imperatoris est redacta. Ducis ellek-  
 leburgici, quod a partibus regio Daniae fuerant prof-  
 cripti, ducibusque Wallensteinis pro sumibus belli  
 destinatus. Bohemi durissimisangebantur mandatis. Elec-  
 tori Bavariae, tredecim miliones florenorum postulan-  
 ti, quam summam ad bellum gerendum infumisse fe-  
 rebat. Palatinatus superior traditus est. Rex Daniae  
 quanquam exercitu adhuc instructus recenti caude ab  
 ulterioribus coeptis deterritus, Lubecae cum imperatore  
 re pacem inuit. Haud multo post, rex Sueciae Gustavus  
 Harnus Adolphus, ab imperatore quoque, quia legatus  
 suos a pae Lubecense arcuerat, lato insuper Po-

Louis suis hostibus auxilio maxime offensus, hanc  
 diutius quiescendum ratus, adducente in hoc perissimum  
 imminente sibi suoque regno non minoris periculiper-  
 fractione, Germanici Belli partes suscepit. Palam expo-  
 sitis causis belli cum modico exercitu in Pome-  
 raniam irrasit traiecit, duum Bogislaum inprimis  
 ut terga tuta redderentur, castella sibi tradere coegit.  
 Tunc in interiora progressus est. Neque vero Ger-  
 manici statim salvatorem agnoverunt. Lypsiæ tum foedus  
 inter Evangelicos pangebantur. Missi a rege qui suo  
 nomine eius societatem peterent. Verum qui periculosius  
 videbatur, Caesaris vim provocare, Saxonice cumprimis  
 alacritate, causam cum Suis conferre noluerunt. Wil-  
 helmus Landgrafius Hassiae ex proceribus Germaniae  
 primus, se regi iunxit. Imperator interea Tyllium  
 ad oppugnandam Magdeburgam cum exercitu misit,  
 quo foedus istud, sibi maxime iniurus dirimeret. Qua  
 urbe expugnata Tyllius per Saxoniam penetrans,  
 Lypsiam venit. Hac necessitate compulsus demum  
 elector Gustavi regis auxilium petit. Quo impetrato,  
 utriusque copis iunctis & nobilissima prope Lypsiam  
 pugna evicta est. Tyllius cum Caesareanis copiis

victus: liberata Saxonia. Iamque exercitu duxo  
 Succorum rex, victor a ineluctus, praeviente nomine,  
 Jena, ad Rhenum tendit, inter praecipuasque urbes nullo  
 negotio capit. Saxones in Bohemiam proficiscun-  
 tur, Tyllio re ubique male gesta remoto, Walsen-  
 stein in imperio successit. Hic magno cum exercitu  
 Bohemis succurrit, Saxonibusque illinc expulsis, cum  
 viginti millibus armatorum ipsam Saxoniam in-  
 greditur. Rex rursus ab electore in auxilium vocatus  
 venit. Tum apud Luzenam acie instructa, magno ani-  
 mo et summa virtute decertatum est. Ventra tamen  
 acie, laeta ex hoc certamine abiit, Walsenstein a  
 Gustavo victus: victores regem amovere. Post regis  
 mortem cancellarius Axelhus Ochsensternius regis su-  
 corum in Germania summo consilio administra-  
 vit. Conventu Heilbronnae acto, belli procuratio ju-  
 cis premissa. Claruere eo tempore Bannerus, Hornius  
 alique duces, quorum opera bellum felici successu con-  
 tinuatum est. Conversa post bellica fortuna, Succi  
 apud Nordlingam ab hostibus cincti et plane dele-  
 ti sunt. Hac clade deterritus, elector Saxoniae sua-  
 rum provinciarum metuens ruinam, transigere  
 cum imperatore statuit. Neque id imperatori

ingratum fuit. Itaque Pragae inter ipsum atque elec-  
 torem pax perfecta est. Quod exemplum etiam multi  
 alii principes et civitates sequebantur. Paulo post  
 ipse imperator excessit. Ferdinandus tertius, quamquam  
 adversante Gallo, rex romanorum coronatus est. Inter haec  
 Poloniae diuina familia extincta est. Brandenburgi-  
 cus elector istas terras sibi tradi postulabat. Obai-  
 tabantur Suedi, belli vires easdem tenentes. Hinc nova  
 motuum causa. Bannerus et Gallasius invicem, uti  
 fortuna secunda aut adversa alterutri erit, illinc se  
 exturbare. Etiam Wilhelmo dandgraviae Hassiae viro  
 defuncto, Hassi constanter in Suedis foedere manserunt.  
 Interim dux Bernhardus Nivariensis, prosperrime  
 multa contra Caesarcenos egit. Maxime illustris fuit,  
 prope Rheinfeldam victoria, quae toto pene Alta-  
 tia Bernhardo esset. Anno vero insequenti Feutorii-  
 cus Heros ille ex repentino morbo occubuit. Venibat  
 victor exercitus, ac simul omnis Ostia, Gallia postea  
 copias terrasque emtionis vires ad se traxere.  
 Bannerum rerum gestarum gloria illustrum mox  
 defunctum, Forstenionius vir magnae virtutis,  
 prudentiaeque exaruit. Hic victo archiduce Fer-

dinando bellique maxime perito, Picolesinio, con-  
 tra Danos Suecorum novas hostes in Stollatia rem  
 summa felicitate gessit. Nec dum belli finis scire  
 cepit, sed per non plures, adhuc annos duravit, donec  
 tandem omnes belli malis fatigati, pacem quietem  
 que optarent. Quae quantum negotii fecerit, quae  
 difficultatibus extracta, quam tarde, quibus denique  
 legibus confecta fuerit, quum longius sit exponere,  
 atque instituti mei et temporis ratio fert: hinc di-  
 cendi mihi finem statuo.